



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

SS. Barlaam & Iosaphat CC. 27 Novembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

guine oblitteravit.. Ex Niceph.

Dignus planè est morte, qui tibi Domine IESU  
nusquam vivere, & mortuus est: & qui tibi non  
vit, despit & qui curat esse nisi propter te, pro  
tempore est, & nihil est: denique quid est homo, nisi  
via tu immortali ei. S. Bern. serm. 20. in Cant.

SS. BARLAAM & IOSAPHAT CC.

27. Novembris.

**E**Tiam Indis pulchra jam olim fuit juventus.  
Princeps hujus memoratur IOSAPHATVS regis  
Abenneris filius, voluptatibus ab ipsis cuna-  
tulis innutritus, & ne, quid miseria humana esset,  
vel nosse posset, procul ab oculis aliorum, inter  
omnes illecebras educatus. In tam blando carcere  
gentem adiit BARLAAMVS Eremi incola gen-  
natum mangohem præferens. Certè nobilissi-  
am illi gemmam fidem vendidit. Mox cum  
tremulatum produxisset cupidum, in homine  
primum mendico, tam leproso, in decrepito de-  
cique sene ad eum diem numquam visis, mundi  
vultum & ementitum colorem, velut in minimè  
rendaci speculo ostendit. Laborabat itaque nec-  
quidquam parens, vel ad Deos filium, vel ad vo-  
lupates iterum abducere. Frustra absente BAR-  
LAAMO nescio quis impostor, qui vultum hujus  
quam simillimè referebat, alia velle docere ag-  
gressus est; cum ita Numine volente palam pro  
Christo loqui lingua subdola cogeretur. Frustra  
& Theodas magus ab orco auxilia evocavit, &  
regia puella blandicias admovit, cum IOSAPHAT-  
VS, ostensis ab Angelo cælitum & inferorum se-  
libus, pluris orci pœnas, quam minas, pluris cali-  
pudia, quam carnis fallacias ficeret: tandem in

B b 4

milio-

nieliorem sententiam cùm patrem etiam abduxisset, hoc mortuo, regnum alteri cessit, & quām inter homines mīnus poterat, inter feras angelicam vitam, annos v. supra xxx. vixit. Accepit tamen tumulum cum magistro suo in regiā urbe, cui tunc primum mortuus videbatur, cùm ille jam olim fuisset. Ex Ioan. Damasco.

*Salutem tuam medicus quarit, qui errātem ovē convertit, qui ad malos & bonos vocando ad bivia misit. Ecce & nunc tibi vendit regnum calorum: si non habes obulū, unde emas, eme gemitu: fragmēzo panis calorum regnum tibi retribuitur.* S. Chrys. hom. 22. ad pop. Antioch.

## S. STEPHANVS MART. 18. Novembris.

**S**TEPHANO huic tempora cognomen Iunioris fecerunt. Natus est post votum VIRGINIS imaginis, quae Blachernis colebatur, à matte factum. Monachus non rāmen Republicæ non profuit. Pugnavit è latebris suis fortissimè in communem Divorum hostem Copronymum; tum præcipue cùm in templum Blachernense (cunas STEPHANI) debacchatus barbarus furor est. Tunc, inquam STEPHANVS pro Matre & DEI & suâ pugnaturus prodiit, & producto in conspectu tyranni nummo, qui imaginem ejus præ se ferebat, ostendit facile augustissimas etiam DEI Divorumque imagines honore debito colendas esse. Igitur insidiis appetitus, & impuritatis à mulierculâ mendaci accusatus, è speluncâ suâ ad tribunal, inde in exilium abducitur. Ibi quoque cùm imaginum cultum multis miraculis tueretur, vincit à tergo manibus in publicos carceres reducitur, sex pa- nis uncias & tres scyphos in hebdomades singu- las